Anno 1532. 24. 4. aprilis                Ex. M. S. B. Zaff.

Sigismundus Rex
Poloniae
Joanni Latalski Episcopo Posnaniae
Lucae de Gorka Castellano Posnaniae,
Capitaneo Maioris Poloniae
Janusio Latalski Castellano Gnesnae

78

Rude in Christo Pater, ac Mag.ci sincere nobis dilecti, Intelleximus ex Literis Sincer. Var. esse quosdam Nobiles, isthic in Maiori Polonia, subditos Nostros, qui Contributionem fortonum, secundum Decreta Conventus, proxime hic habiti, a colonis exigere, et ad exactorem deferre, recusent propterea quod et Consuetudinem, antiquitus in exigenda et deferenda fortunio Pecuniae observatam mutare, et novum onus suscipere, grave illis videatur. In qua re tametsi Vestras Sinceritates plus illor. voluntati quam Decretis Conventus condedere velle cognoscamus. Nos tamen qui Decreta generalis Conventus in nullo commutare consoevimus, neq aequum ad hostem esse putamus permittere non possimus, ut ad arbitrium paucorum curiosor. Nobilium, ea quae ab omnibus sunt matura, deliberatione constituta, immutari debeant quin etiam hortamur, Sincer. Vras operari velint

quantum

Quantum in se officioque suo est, ne decretis Conventus, ulla in re quovis subdito Nostro contraveniatur. Norunt enim Sinceritates Vrae, quod soli Nuncii Terrarum hoc proposuerunt ut quisque Dominus et Possessor bonorum Terrestrium ferat, et det, Contributiones constitutas exactori ab ilioque quitanciam accipiant, et suam quoque quitanciam illi relinquat, ut praecludatur via fraudibus quae passim committuntur, in exigendis et solvendis Publicis contributionibus, non arctat autem Conventualis Constitutio quempiam, ut solus ferre debeat ad exactorem Publicas Contributiones sive enim per se ipsum, sive per suum Procuratorem seu servitorem id fecerit, satis faciet publico generalis Conventus Decreto, quod Nos nulla ratione mutare volumus. Miramur vero quod Nobilitas istarum Partium et superiore et praesenti anno adversatur et contravenire contendit, Publicis Regni Constitutionibus. Id quod Vrae Severiter prohibere debuerunt, Fuerunt enim Sinceritates Vrae in Generali Conventu, et simul nobiscum et cum aliis Consiliariis ac Nunciis Terrarum Regni Nri consuluerunt, et statuerunt haec, quae pro bono Publico, sunt Constituta si id recte fiat, sique Nos tantam, contumatiam istorum subditorum Nostrorum

pacato.

Pacato animo ferre debeamus, Sincer. Vestrae pro sua prudentia secum expendant.

Certum de his, qui ob non solutionem thelonii ad Nos evocantur, et si nihil contra iis fieri advertamus cum res haec vere ad officium et authoritatem Nostri pertineat, ut tamen illor. sumptibus consulamus cognitionem, eam Serenitatibus Vestris demandare voluimus, prout ex Commissione Nostra planius id cognoscunt, qua perspecta Sinceritas Vra quod aequum iustumq illis videbitur decernant, et bene valeant. Cracoviae. 4. Aprilis Anno 1532. Regni vero Nostri 26.